# Band IV., Nr. N84, Seite 387

*Bischof Konrad von Konstanz genehmigt einen Vergleich zwischen dem Abt von St. Georgen und dem Pfarrer zu Leidringen wegen des Zehntbezugs der letzteren Pfarrei.*

## Ohne Ortsangabe, Ohne Zeitangabe. (Zwischen 1209 – 1233).)[1]

Cunra*t*us, dei gratia Constantiensis ecclesie episcopus, omnibus fidelibus, ad quos iste litere pervenerint, salutem in perpetuum[a]. Compertum habemus, quod in diocesana ecclesia nostra Li*t*ringen inter abbatem S. Georgii patronum eiusdem ecclesie et sacerdotem ipsius ecclesie in decimationibus ipsius parrochie[b] controversia magna multo tempore vertebatur, quarum partium utraque plus, quam deberet vel antiqua consuetudo permitteret, bona tamen fide sibi vendicabat, que tamen lis mediantibus honestis viris parrochianis et aliis quam[c] plurimis fidelibus presentibus partibus et consentientibus tali modo decisa est. Predictus abbas de prediis claustri sui tradidit ecclesie de Li*t*ringen duo dimidia molendi[n]a et tres qua*t*rantes mansus, qui vulgo dicuntur *schuppus*, eo videlicet pacto, ut omnes decime ipsius parrochie infra septa et extra claustro et . . .[d] in villa Bickelsperg decimas de quatuordecim prediolis, que convicaneis nota sunt, solus sacerdos habeat, de reliquis ut superius equa particio fiat. Huius conpositionis ratihabitio ne ab aliquo posterorum temere convellatur nec alicuius temer*a* presumptione infringatur, sed ad successores eorum integra derivetur, voluntate et petitione partium synodali auctoritate precipimus et has literas sigilli nostri autentica impressione confirmamus.

—

Nach der nicht besonders korrekten *Historia fundationis* des Klosters St. Georgen aus dem 17. Jahrhundert, einer in Zeitschrift für die Geschichte des Oberrheins 1

[a]In der Vorlage steht irrtümlich *perpetuos.*
[b]In der Vorlage steht irrtümlich *parrachiae.*
[c]In der Vorlage steht irrtümlich *que.*
[d]Hier ist eine Lücke für etwa vier Worte, welche der Abschreiber, wie es scheint, nicht lesen konnte.

[1]Derjenige Bischof Konrad von Konstanz, welcher hier allein in Betracht kommen kann, regierte von 1209–1233.

(1850) - 39 (1885), N.F. 1=40 (1886) - [...], Bd. 9, S. 193, beschriebenen Handschrift des GLA Karlsruhe, S. 173 f. In der Handschrift datiert auf 1226. Einige offenbare Schreibfehler der Abschrift sind stillschweigend berichtigt, statt der *ae* der Abschrift wurden die *e* wiederhergestellt.

## Überlieferung und Publikationen

**Lagerort:**
GLA Karlsruhe

**Signatur/Titel des Originals:**
65/511 S. 173 f.

**Literatur:**
Zeitschrift für die Geschichte des Oberrheins 1 (1850) - 39 (1885), N.F. 1=40 (1886) - [...], Bd. 9, S. 193.

## Weitere Angaben

**Sprache:**
Lateinisch

**Ausstellungsort:**
Ohne Ortsangabe

**Ortsindex:**
Bickelsberg Wohnplatz (16488)

Bickelsberg, Rosenfeld, BL

Konstanz Wohnplatz (14442)

Konstanz, KN

Leidringen Wohnplatz (16507)

Leidringen, Rosenfeld, BL

St. Georgen im Schwarzwald Wohnplatz (13402)

St. Georgen im Schwarzwald, VS